

1589

A S C E T I C I.

1590

ret, et a me in *Supplem. Maittair.* atque a *Panzero* in *Annal. Typogr.* variisque aliis una cum ceteris recensetur. Quidam ex Descriptores cum *Fabricio* in eo lapsi sunt, quod *Matthiam Farinatoris de Wyenna* Ord. Carm. autorem Libri statuerint, qui tamen in Praefatione Editionibus praeposita solum ait, se hoc Opus post diutinam occultationem in publicum produxisse, et in meliorem formam redegisse. Itaque haec Praefatio, tanquam multo recentior, abest a Codice nostro, qui alio etiam ordine, quam quidem *Farinatoris* est, decurrit. De vero igitur Autore, qui nomen suum studiose celavit, nihil liquet. *Gallum* fuisse ex ejus *Prologo* colligo, et apud Episcopum *Lugdun.* egisse, unde literis ad *Johannem* Papam *Avenionem* evocatus fuit. Sedit *Johannes* XXII. inter annos 1316—34. Inde scriptio- nis tempus. Fuit *Johannes* oriundus *Cadurco*, et in *Prologo* Libros sibi Noster ait etiam proditos fuisse latitare in *catburco*. Ita legit Editio *Suprac.* sed Codex noster in *catbuico*. Quid si *Gottvicum* nostrum designaretur? Eo magis, quo praemittitur: *Sed et de quodam monasterio alemanie quidam mihi libri delati sunt.* Ceterum nec nostrum Exemplum Indicibus caret, quamvis minus commodi sunt, quam quos concinnavit *Farinator*. Tam ad Operis ipsius, quam ad Indicium calcem nihil aliud innuit Rubrica, quam *Librum qui vocatur lumen Anime.*

II. fol. 95. p. 2. Incipit tabula in librum figurarum Fratris Antonii lectoris de ianua fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini. Ne Tabula quidem integra. Potissima pars una cum ipso Opere evulsa est. Retuli Opus Vol. I. P. 1. col. 480. et 491. Hic noto lapsum *Offingeri* in *Bibl. Scriptor. Ord.* qui lit. I. *Antonium de Janua*, et lit. R. *Antonium Rampegolum sive de Janua*, illum Sec. XV. hunc XIV. refert, utriusque tamen idem Opus nostrum tribuit, quod certe Sec. XIV. descriptum est.

DCLXXVIII.

Codex membraneus ital. Sec. R. 313 XV. Folior. 137. f. eleganter perscriptus, coloribus illustris, et anno 1721. Bibliothecae Caes. additus a *F. Thoma M. Alfani* O. P. de quo saepius hoc *Vol.* mentio, quibusdam locis defectus, aliis Librarii aut Compactoris vitio turbatus est. Init vero: *Questa tauola conta i capitoli sopra il libro degli admaestramenti antichi.* Habemus igitur egregium Opus ethicum, quod *Bartholomaeus de S. Concordio Pisanus* O. P. cujus *Summam* non semel retulimus, elaboravit Sec. XIV. latine primum titulo de *Documentis Antiquorum*, qua lingua prodiit *Tarvisi* 1601. 8. dein vertit italice, dicavitque Viro nobili *Gerio de Spinis Florentino*, ut habetur in Codice *Gaddiano* CXV. relato a *Bandinio* T. II. *Biblioth. Leop. Laur.*

Gg 3

Laur. col. 89. et Bibl. Medic. Laur. T. V. col. 340. Hujus porro Versionis Editiones novi *Florentinas 1585. 12. 1661. vel 1662. 12. 1734. 4. et Neapolitanam 1722. 12.* in cuius Praef. lego, *Gerium* illum ultra an. 1309. superfuisse, unde Versionis aetas aliquatenus cognoscitur. Ut vero ad *Tabulam* redeamus, probe consonat ea cum Editis, sed excidit folium *Distinctiones* ab XI. ad finem XXII. complexum, neque continuo Opus ipsum sequitur. Audi enim: *Maestri Sauj antichi volono che per due vie principali potessero racquistare el sommo bene ilquale per la inuidia del nimicho de la humana natura haueuamo perduto. Le quali vie sono queste. Virtus et Sapientia. Et perche io sento lo intelletto nostro desideroso dalle et noteuole chose. Pero ti scriuo questo libretto el quale chiamo Rosarium odor vite cio e, rosario odore de la Vita &c.* Alium igitur Tractatum interjectum habemus, in quo de VII. Virtutibus: *Prudentia. Temperantia. Fortezza. Speranza. Fede. Iustitia et Carita* ex adductis S. Scripturae, Patrum et Philosophorum autoritatibus per LXXIX. *Capita* differitur. Norunt *Rosarium* istud Academici editores *Vocabularii della Crusca* dicti, eoque usi sunt, ut habes edit. *Florent. 1729—38. T. VI. et ult. et p. 71. not. 262.* videntur dicere, impressum fuisse ad calcem Tractatus *del Governo della Famiglia d' Agnolo Pandolfini*, *Florent. 1734. 4.* quod adfir-

mare nequeo, cum Tractatus ille ad manum non sit. Interim illis etiam tacentibus mihi credibile fit, *Rosarii Vitae* autorem esse *Bartholomaeum Pisanum*, quod et methodum ejus refert, et inter media ejus opera in Codice nostro interceptum est. Nam continuo

Fol. 28. p. 2. Incipit testus memoriae artificiose Vulgariter (dictus) Marci Tullij Ciceronis. s. super quandam partem rethorice. Videlicet supra L. III. ad Herennium n. 16. qui incipit: Memoria utrum habeat quidquam &c. Editam hanc versionem fuisse ad calcem *degli Ammaestramenti degli Antichi* nomine *Bartholomaei nostri* a *Mannio Flor. 1734. 4.* doceor a *Paitono* in *Bibl. degli Aut. ant. volgariz. P. I. p. 119.* qui *Mannium* carpit, quod dicere maluerit *Paraphrasin*, qualem tamen esse *αυροψια* docet; nam et in *Praef.* quae incipit: *Manifeste ragioni assegnano i sauj phylosophi &c.* promittit *Bartholomaeus: de la rethoricha di Tullio et daltri detti di sauj cogliere certi fiori*, et per decursum *Bartholinum* quendam iterato excitat, *che scripse sul Tullio*, quem quidem ego apud *Mazzuchellium* non reperi. Deficit Exemplar nostrum in verbis: *Perche niuna cosa e, che prima l'arte che la — —*, et hic defectus simul initium sequentis Opusculi abstulit; sequitur enim

Fol. 33. ἀνεφαλως ho questo segno che se egli me offende, non meno lo amo &c. Sed paullo post Rubrica: *Come lhuomo si debbe riputare*

1593

A S C E T I C I.

1594

putare vile et abiectio, peroche costi e la verita. Video igitur haberi hic Dicta F. Jacobi sive Jacoponi Tudertini O. M. anno 1306. pie defuncti, et quidem lingua primitiva, cum a Waddingo, et Bandinio supracit. T. V. col. 424. non nisi latine indicentur. Praeterea fittunt hi in titulo: De quinque Scutis Patientiae; noster vero sequentibus Rubricis procurrit: Come il predecto beato Jacopone desideraua tutti inali per amore del sommo iddio. De la morte del predecto Beato Jacopone et de suoi decti. Unaltro frate minore dixele infra scripte cose et la destinatione de la croce dixele hauuerla hauuta dal signore yhesu cristo. Et prima de le consolationi et sentimentiche sente lanima. Come le consolationi non si debbono schifare. Come alcuna volta la gratia signoreggia lanima et alcuna volta il contrario. De la doppia annegatione. De la triplice Croce. Quae postrema finit: Imperoche sono hauuti degni per lo nome di yhesu di patire contumelia. Deo gratias. Non videntur horum Dictorum habuisse notitiam Vocabulistae supra memorati; nam solum ad Jacoponi Poetica, sive Laudi spirituali provocant.

Fol. tandem 39. p. 2. procul a sua Tabula Comincia illibro de gli amaestramenti de li antiqui Composto et facto (latine) et vulgarizzato per frate bartholomeo (Granchi) da sancto concordio pisano de lordine de frati predicatori. De ejus Editionibus dixi supra.

Laudes, quibus illum ornavit Leon. Salviatus in Avertim. della Lingua sopra il Decam. Vol. I. L. 2. c. 4. et 12. retulit in Praef. Editor Florent. (il Rifiorito) Franc. Ridolphius, et ex eo Quetifus in Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 624. Ad calcem minio: Finito e illibro de gli admaestramenti antichi ordinato per frate Bartholomeo da pisa supra dicto et per lui vulgarizzato.

Fol. 134. p. 2. Incipit ars Memoriae artificialis. Vidimus supra fol. 28. Doctrinam de Memoria e Rhetoricis ad Herennium. Hic vero de novo orditur: Poi che hauiamo fornito illibro di Leggere, Resta di potere tenere a mente. Et pero qui di sotto si scriue larte de la memoria artificiale in si facta forma che non offende la naturale. Totum porro artificium consistit in locis et imaginibus, quemadmodum multi post Nostrum tradidere non magno operae pretio in iis praesertim, quibus Natura noverca fuit. Verum alia expendenda sunt. Vides initium Tractatus modo adductum respicere antierius aliquod Opusculum. Praeterea in Tractatu superiore p. 29. legitur: Qui comincia il Sexto tractato de libro nel quale si da doctrina come il dicitore la sua diceria a mente si possa tenere &c. Suadent haec majoris de Eloquentia Operis, pluribus Libris constantis non nisi disiecta membra ad nos pervenisse. Et cujus Autoris? Nunquid Bartholomaei Pisani? Priorem fol. 28.

Tra-

1595

C O D I C E S

1596

Traëtatum dant illi eruditi Populares, ut vidimus. In eo frequens est: *quanto ti ho mostrato — hor ti uoglio mostrare &c.* Eadem apostrophe in praesenti: *Come ab occho dieci anni a te dixe — se harai in vna tua casa vna sala &c.* Illud singulare, citari in eo *il libretto dinanzi deſto Rosaio odore de la vita*, unde nova ratione fiat probabile, hunc etiam Libellum *Bartholomaei* foetum esse. Atque haec ulteriori doctorum *Italorum* discussioni submittuntur.

DCLXXIX.

R. 1989 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 100. 4. per duas columnas non una manu exaratus, rubricis distinctus et olim *Domus orti beate Marie prope pragam Ordinis Carthusiensis* fundatae ab *Johanne Luxemb.* Rege ad *Cressiacum* a. 1346. caeso sequentia continet: I. *Incipit summa virtutum.* Initium: *Si separaueris preciosum a vili &c.* Est *Guil. Peraldus* O. P. jam relata *Vol. I. P. II. col. 2285.* sed hic absque Praefatione, et ita terminata: *ut edatis et bibatis super mensam in regno meo. Quo nos perducatur &c.*

II. fol. 32. *Incipit tractatus de speciebus timoris domini.* Ita quidem: *Species timoris dicuntur esse VII. scilicet timor mundanus. humanus. seruilis. naturalis. initialis. filialis. reuerentialis &c.* Divisus in Articulos piis narratiunculis scattet. Ita *Art. 3.* narratur de quodam *Rustico trupatore*, qui cum

*duceret vaccam et vitulum ad montem sancti michabelis de periculo maris inter fines britannie et normannie, et appropinquaret ad locum, et fluxus maris, qui quandoque viam illam attingit, inuaderet eum, exclamans dixit: O sancte michabel libera me et dabo tibi vitulum. Liberatus autem dixit: Bene fatuus erat sanctus michabel, si credebat, quod darem sibi vitulum meum; et iterum fluxus quasi involvens eum et exclamavit dicens: O sancte Michabel libera me, et dabo tibi vaccam cum vitulo. Liberatus autem dixit: O michabel nec vaccam nec vitulum habebis. Cum autem sic securus incederet, ecce fluxus iterum involvens eum suffocavit, vaccamque cum vitulo. Ad calcem habetur: *Explicit tractatus de timoribus.* Ignoro Autorem.*

III. fol. 43. p. 2. *Incipit summa vitiorum.* Ita: *Dicturi de singulis vitiis ante omnia ostendemus &c.* Haec *Summa* rursus ad *Guil. Peraldum* pertinet, quamvis a Librariis contracta et licenter habita, id quod etiam de *Summa Virtutum* superius adlata intelligi velim, ut patet conferenti utramque cum edit. *Antverp. Tomis II. 1571. 8.*

IV. fol. 86. p. 2. *VII. dubitabilia de corpore christi.* Primum est: *Quomodo panis possit fieri caro et vinum sanguis?* Solvuntur singula haec *Dubitabilia*, et ad ultimum, quomodo *Christus* possit esse simul in *Ratispona*, in *Vienna*, in *Praga*, adfertur exemplum animi,